

claritudo fraudatur. Ignoscere ergo debetis. quod in
quadragesimo tantum lapide. pene tardus occurri;
Vobis intra britannias obsequabar. & oceanum circum
fluo separatus. uestro tamen donebar officio. Di
latio ista. desiderium meum leuit. non preter misit
obsequium; Ego tamen totum vestre tribuo maiestati.
quia vos estis corpus christi. & spiritus domini est. qui habitat
in uobis; Vestrum est quod abfui. urum est quod rediui; Super
est ergo. ut excusationis mee ratio digeratur. Pacis
domini estis auctores. cuius me sententiae. velut inter
pretem delegistis. Hoc ego domini ihesu. & uestrum salutare
preceptum. intra britannias exercui. si non ut debui.
tamen ut potui; Sapientibus. amore pacis infudi. docibi
lib. legi. nescientibus. inculcaui. in gressi nolentibus. Secun
dum apostolum. instans oportune. importune; Atque
in eorum animas. doctrina & palpatione pueni; Vbi
me tamen locus & fragilitas humana temptauit. urum
spiritus presidium flagitauit; Feci quod in maxima vi tempesta
tis. faciunt illi qui nauigant; Non gubernatoris peri
tiam. sed misericordiam superne maiestatis implorant;
Fluctus enim consternere. & uentis modum cohibere.